

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 149v–150r

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 46

[46] XLVI^a

Si^b vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata fuerint, coram |iudicio^c| <domino^d> proprietatis, et coram suis vicinis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si discedit ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestaverit, quod sibi datum fuerit. Sin autem apparatus et edificia viri proprium fuerit, extunc heres [k. 150r] mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat. Sin autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoriis paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Sin autem habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerint, que potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradiccione.

^a w ramce; ^b ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; ^c skreślone, zapewne przez komentatora B; ^d pod skreślonym iudicio, zapewne ręką komentatora B

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]